

v. 9, ubi hoc dicendi genere significatur merities; nam cum præcessisset: *Induam vestem meritis*, hoc ipsum statim explicuit, dum ait: *Occidit ei sol, cum adhuc esset dies*. Quod dixerat prius Amos cap. 8, v. 9: *Occidet sol in meritis*.

Deinde colligo, in parentali alicujus honore publicum populis exhiberi convivium, quod usque adeo solenne fuit Hebræis, ut Josepho teste, qui id sæpe in sua gente viderat, id omittit probo fuerit, et impium haberetur. Sic autem lib. 2 de Bello cap. 1, ubi sic de Archelao: « Diebus septem in lugendo patre consumptis, epulisque feralibus prolixè populo exhibitis (hic autem mos apud Judæos necessariò multos ad inopiam redegit; nam qui eum neglexerat, impius astimabatur), candida veste indutus procedit ad templum. » Sunt in Scripturâ sacrâ hujus parentalis epuli multa vestigia. Jerem. cap. 16, v. 5: *Ne ingrediaris domum convivii, neque vadis ad plangendum*. Ezech. cap. 24, v. 17: *Mortuorum luctum non facies, nec, etc. cibos lugentium comedas*. Quæ consuetudo frequens apud Athenienses fuit, qui, teste Hieronymo in eo loco Jeremæ, de quo proximè, convivia illa parentalia *νεκρῶν*, vocabant. Quam porro id esse familiare Romanis, docent multorum exempla adhuc sepulchralibus incisa saxi, qui testamento jusserunt, in suo funere publicum populis epulum præberi. De quo, quasi de re familiari ac notâ Persius satyrâ 6, hoc munus ab hæredibus præstari tradit:

Sed cenam funeris hæres

Negliget iratus, quod rem curtaveris; urnæ Ossa indora dabit.

Ut ergo David ostenderet, Abneris cædem sibi fuisse maximo dolori, et omnium hominum occurreret suspitioni, talia exhibuit illius funeri pietatis officia, qualia exhibuisset fratris aut parentis inferiis. Nam præter alia de quibus proximè, epulum proposuit funebre, quasi fratri aut amico, cui summa optaret omnia. Et cum alii aut meridie, aut modicè ad vesperum inclinatâ luce, epulis feralibus accumbent, ipse gustare nihil voluit, ut amici funus jejuniò prosequeretur, quod etiam Hebræis in suorum inferiis penè solenne fuit, ut diximus capite primo, cum sermo esset de funere Saulis.

VERS. 36. — OMNISQUE POPULUS ADIVIT, ET PLACERUNT EIS CENÆ, etc. Probavit populus regis pietatem, tam qui honestando funeri interluit, quam qui longè aberat, in omnes Is-

raelis familias distributus; cognovitque, neque probasse regem, neque fuisse consilium tam iniquæ cædis. Et præter illa superiora, nova quædam addidit Abneris præconia, dum illum principem appellat maximum in Israël; cujus videlicet singularia essent in totum populum promerita.

VERS. 39. — EGO AUTEM ADHUC DELICATUS, ET UNCTUS REX (1); PORRO VIRI FILII SARVILÆ DURI SUNT MIHI. Tacitæ aliorum vel reprehensionis, vel cogitationi respondet David, qui meritò in illo aut aequitatem, aut constantiam requirerent, cum pateretur vivere illos, quos tanti sceleris auctores cognovisset; unde suspicari non nemo posset, non omnino illum dolosa Joab fratrisque latuisse consilia. His ille respondet, non quidem defuisse animum, atque studium vindicandæ cædis, et abolendæ ex suo regno suspicionis illius; defuisse tamen vires in eo rerum vestigio, ut cogitata atque optata completeret. Se quidem esse regem, ad quem pertineret et punire peccata, et exempla pessima abolerè de populo; verum esse tenebrarum et delicatum, et quasi infantem, qui nondum vires haberet ad opus aliquod grande confirmatas, cum adhuc esset in ipsis quasi regni primis incunabulis. Neque expedire, rem modò publicam turbare, antequam paulatim oblatum recens imperium adolesceret.

PORRO VIRI ISTI FILII SARVILÆ DURI SUNT MIHI. Sarvîa soror fuit Davidis, 1 Paralip. cap. 2, v. 16, cujus filius erat Joab et Abisai. Illi autem et erant ingenio pugnaci ac duro, et quia exercitui præerant, moliri aliquid poterant eo tempore quo nondum erant res omnino constitutæ, quo ea quæ videbantur coaluisse diffunderent. Plurimum autem interest in exercitu imperatoris auctoritas, à quo tota ferè militiâ pendet, neque minùs fortassè poterat Joab in Davidis castris, quam Abner et prius in Saulis, et proximè in regno Isboseth apud milites auctoritatis habuit. Ut autem in Abneris manu regni summa fuit, ita ut suo arbitratu Isboseth et sustulerit ad regium nomen, et ab eo dejecerit, sic etiam idem perficere posse videbatur Joab, si pro meritis vellet David in illius caput animadvertere. Ubi Vulgatus, *duri sunt mihi, hebraicè est, casim mimeni*, id est, *duriores me sunt et fortiores*. Quasi diceret: Ego delicatus sum et tener; illi autem duri; quod si cum

(1) Septuaginta: *Quia ego propinquus sum hosti, et constitutus à rege*, quasi innueret, reditu Micholis se in regiam familiam adscitum fuisse, constitutumque regni successorem. (Calmet.)

illis congregi, et quasi collidi vulerim, quid ex hac collisione sperem, nisi contritionem et ruinam?

RETRIBUTAT DOMINUS FACIENTI MALUM. Sed erit ultor Deus, cui nulla se impunè opponet humana potentia; et quas ego non possum in hac virum mearum imbecillitate, ille quando-

CAPUT IV.

1. Audivit autem Isboseth filius Saul quod cecidisset Abner in Hebron, et dissolutæ sunt manus ejus, omnisque Israël perturbatus est.

2. Duo autem viri principes latronum erant filio Saul (nomen uni Baana et nomen alteri Rechab), filii Remmon Berothitæ de filiis Benjamin (siquidem et Beroth reputata est in Benjamin;

3. Et fugerunt Berothitæ in Gethaim, fueruntque ibi advenæ usque ad tempus illud).

4. Erat autem Jonathas filio Saul filius debilis pedibus; quinquennis enim fuit quando venit nuntius de Saul et Jonathas ex Jezrael: tollens itaque eum nutrix sua fugit; cumque festinaret ut fugeret, cecidit et claudus effectus est; habuitque vocabulum Miphiboseth.

5. Venientes igitur filii Remmon Berothitæ, Rechab et Baana, ingressi sunt fervente die domum Isboseth; qui dormiebat super stratum suum meridie. Et ostiaria domus, purgans triticum, obdormivit.

6. Ingressi sunt autem domum latenter, assumentes spicas tritici, et percusserunt eum in inguine Rechab et Baana frater ejus, et fugerunt.

7. Cum autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in conclave, et percutientes interfecerunt eum; sublatoque capite ejus abierunt per viam deserti totâ nocte,

8. Et attulerunt caput Isboseth ad David in Hebron; dixeruntque ad regem: Ecce caput Isboseth, filii Saul, inimici tui, qui querebat animam tuam; et dedit

cumque placuerit, pœnas exigit. Hic discat princeps, nihil supra vires esse tentandum, et differendum interdum esse supplicium, quantumcumque clamet sanguis contra fidem justitiam effusus, si nondum venit oportunitas ulciscendi maturitas.

CHAPITRE IV.

1. Isboseth, fils de Saül, ayant appris qu'Abner avait été tué à Hébron, perdit courage; et Israël se trouva avec lui dans un grand trouble.

2. Isboseth avait à son service deux chefs de voleurs; l'un s'appelait Baana, et l'autre Rechab, fils de Remmon de Béroth, de la tribu de Benjamin; car Béroth a été autrefois censée de Benjamin;

3. Mais les habitants de cette ville s'enfuirent à Géthaim, où ils ont demeuré comme étrangers jusqu'à aujourd'hui.

4. Or Jonathas, fils de Saül, avait un fils qui était hors d'état de succéder à la couronne, étant boiteux des deux jambes; car lorsque la nouvelle de la mort de Saül et de Jonathas vint de Jezraël, il n'avait que cinq ans; sa nourrice l'ayant pris entre ses bras s'enfuit, et comme elle fuyait avec précipitation, l'enfant tomba, et en fut boiteux. Il s'appelait Miphiboseth.

5. Rechab et Baana, fils de Remmon de Béroth, considérant que David n'aurait point de concurrent si Isboseth était mort, entrèrent dans la maison d'Isboseth lorsqu'il dormait sur son lit, vers le midi, dans la plus grande chaleur du jour. La femme qui gardait la porte de la maison s'était endormie en nettoyant du blé.

6. Ils vinrent donc secrètement dans la maison en prenant des épis de blé, comme des marchands; et ils frappèrent Isboseth dans l'aîne, et s'enfuirent.

7. Or, étant entrés dans sa maison, et l'ayant trouvé dans sa chambre, où il dormait sur son lit, ils le tuèrent et prirent sa tête; et, ayant marché toute la nuit par le chemin du désert,

8. Ils vinrent la présenter à David dans Hébron, et lui dirent: Voici la tête d'Isboseth, fils de Saül, votre ennemi, qui cherchait à vous

Domini domino meo regi ultionem hodie de Saul et de semine ejus.

9. Respondens autem David Rechab et Baana fratri ejus, filiis Remmon Berothitæ, dixit ad eos : Vivit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia !

10. Quoniam enim qui annuntiaverat mihi et dixerat : Mortuus est Saul, qui putabat se prospera nuntiare, tenui, et occidi eum in Sicleg, cui oportebat mercedem dare pro nuntio,

11. Quanto magis nunc, cum homines impii interfecerunt virum innoxium in domo sua, super lectum suum, non quarant sanguinem ejus de manu vestra et auferam vos de terra !

12. Precepit itaque David pueris suis, et interfecerunt eos, præcedentesque manus et pedes eorum suspenderunt eos super piscinam in Hebron; caput autem Ishobeth tulerunt, et sepeliverunt in sepulcro Abner in Hebron.

VERS. 1. — AUDIUIT AUTEM ISHOBETH FILIUS SAUL, QUOD CECIDISSET ABNER IN HEBRON, ET DISSOLUTÆ SUNT MANUS EIUS, OMNISQUE ISRAEL PERTURBATUS EST (1). Tantum virum et auctoritatis habuit Ishobeth, quantum illi tribuerat patronus et imperator Abner; quare cum sublatum audivit (fortasse enim quo fuisset ad Davidem consilio profectus, ignorabat), statim dejectus est animus, et totius corporis dissoluti nervi, neque ullum habuit inopinatum illo percussus vulnere aut robur ad tentandum aliquid ex usu aut domestico, aut publico, aut solum in deliberando consilium. Quæ res graviter etiam concussit totum Israel; nam qui Abneris in hac protectione consilium ignorabat, extinctum esse Israelitici imperii et Saulis familie præsidium et columnam dolebant;

(1) Ishobeth, fils de Saul, ayant appris qu'Abner avait été tué, perdit courage. David avait attendu jusqu'à cette heure les moments de Dieu. Sa foi ne s'était point affaiblie dans ces longs retards dont la providence avait usé pour le faire entrer dans la paisible possession d'un royaume qui lui avait été destiné depuis si long-temps. Enfin sa patience est récompensée, et il reconnaît par expérience combien l'homme est heureux de suivre Dieu et de mettre toute sa force dans la protection du Tout-Puissant.

(Sacy.)

der la vie. Nous venons de le tuer; et le Seigneur vengera aujourd'hui mon seigneur et mon roi de Saul et de sa race.

9. David répondit à Rechab et à Baana son frère, fils de Remmon de Béroth: Vive le Seigneur, qui m'a délivré des dangers les plus pressants !

10. Si j'ai fait arrêter et tuer à Sicleg celui qui vint me dire que Saul était mort, lui qui crut m'apporter une bonne nouvelle et qui semblait en mériter une récompense,

11. Combien plus, maintenant que des méchants ont tué un homme innocent dans sa maison, sur son lit, vengerais-je son sang sur vous qui l'avez répandu de vos mains, et vous exterminerai-je de dessus la terre !

12. David donna donc des ordres à ses gens, et ils les tuèrent; et, leur ayant coupé les mains et les pieds, ils les pendirent près de la piscine d'Hebron. Ils prirent aussi la tête d'Ishobeth, et l'ensevelirent dans le sépulcre d'Abner à Hebron.

COMMENTARIUM.

Qui autem consili fuerant illius animi et studii, cum subito eadem in Davidis metropoli audissent, aut dolos et insidias intercessisse, aut minus ex Abneris studio et seniorum votis rem esse transactam arbitrabantur. Utinamque verò ad exitum commune spectare metuebant. Quare non soli Ishobeth Abneris casus, sed toti etiam populo dolori atque perturbationi fuit.

VERS. 2. — DUO AUTEM VIRI PRINCIPES LATRONUM ERANT FILIO SAUL. Accidit autem, ut duo viri, qui dum suum in Ishobeth regno imperium obtineret Abner, principes erant latronum, id est, militum, qui e vicinis finibus prædandi gratia excursus faciebant militares. Milites autem etiam appellari latrones, alio nobis loco confirmatum est. De his duobus latronum principibus mira tradunt Hebræi. Primum, ut refert Hieronymus in Tradit. Hebr., aiunt, duos hosce latronum duces cogitasse de occidendo Ishobeth, ejusque regno ad Miphiboseh Jonathan filium transferendo. Cùmque id cum Miphiboseh clandestino colloquio contulissent, Miphiboseh, qui audacissimum illud facinus neque expeditum videbat, neque tutum putabat, Ishobeth patri suo prodidit. Quam audaciam cum ulcisci vellet Ishobeth, duo illi ad Gethaim Palestinorum urbem secesserunt. Qui

imem postea cùm audiissent Abnerem occubuisse, neque ab ignavo rege admodum esse timendum, rediit peregrino solo, et captata occasione, rem tentarunt, quam audacter et callidè tandem peregerunt. Hæc latronum traditio nulla peccat. Primum, quia sine nullo ex historia sacra fundamento loquitur, et multis aliis de causis deseruisse potuerunt latrones illi Benjaminicam domum, et ad hostium Israelitici nominis fidem atque præsidium confugisse, aut admisisse alia plura, quæ regio edicto multanda viderentur, quæ cuilibet excogitare promptum, probare, non item. Deinde, quia non erat ætate Miphiboseh, ut de illius regno, aliis Saulis filiis superstibus, cuiquam in mentem sano venire debuisset. Ut enim habemus hoc ipso cap., quando mortuus est Saul, quinquennis erat Miphiboseh; adde his duos annos, quibus regnavit Ishobeth, et alios si placet duos, antequam rex appellaretur, efflucias ad summum octo, aut novem annos. Quæ igitur ætas ad tantam molem? Adde, quod claudus erat, quæ corporis debilitas atque deformitas regno illum reddebat indignum. Hæc igitur Hebræorum cogitatio ut meritò à quibusdam rejicitur, sic nullo suo merito quibusdam placet.

Rabb. Salomon minus abs re divinat; divinat tamen more suo. Ait enim, sicut Saul mortuo, et accepta totius Israelis ingenti plaga, filii Israel desertis suis urbibus, quæ proxime erant Palestina finibus, quæ nullo modo ab hoste victore securæ videbantur; sic etiam isti relicti Beroth, quæ ad tribum Benjaminicam pertinebat, ad tutiora loca se receperunt, et ibi, cùm ipsi audaces essent et strenui, asceverunt sibi alios ejusdem consilii atque instituti socios, qui raptò viverent, et unde commode possent, prædas agerent. Qui cùm ex caude Ishobeth ingens à Davide præmium expectarent, optinam se prædam capturos arbitrati sunt, si æmuli caput ad Davidem afferrent. Hæc Rabb. Salomon, cui nihil habeo quod opponam, nisi quod liberè et sine nullo fundamento loquitur.

Cùm nihil habemus ex Scripturâ certum, illud videtur dici posse non improbabiler, primum, fuisse aliquando alicui militum cohorti præfectos, quomodo explicat cum Septuaginta Chaldeus. Milites enim latronum significari nomine, satis est notum. Hi autem ob aliquam causam, quam Scriptura silet, ex his quæ passim in castris occurrunt inter milites, quorum effrenis est audacia et mores

non omnino sancti, eam aliquid à rege, seu potius ab Abnere castrorum imperatore timerent, verterunt patrum solum, et eò se receperunt, quò neque Abneris, neque regis potestas attingeret. Ubi verò cognoverunt, imperium ad Davidem ex communi populi conspiratione transferri, et Abnerem, cujus timere poterant potentiam; sublatum è medio, statuerunt à novo principe ineundum esse gratiam. Quod nullâ ratione commodius fieri posse crederent, quàm si Ishobeth, qui Davidis consiliis adversari posse videbatur, interficerent, regnumque Davidi redderent omnino pacatum. Quod ut cogitarent astutè, sic etiam perfectè audacter, alio tamen eventu, quàm sibi prius ipsi promiserant. Ego ita conjecio. Melius alii, sine ullo utique aut certè pertenui Scripturæ fundamento.

Ex eo, quòd isti duo principes latronum fuisse dicuntur filio Saulis, colligitur, latrones esse milites; neque enim regis filius, quicumque is esset, secum haberet administratos, qui turpe illud instituerent vivendi genus, et rapinis undecumque convectis, et sibi et regio filio turpe quærerent et odiosum lucrum. Quis autem fuerit regis filius, cui operam illam navarent duo illi principes, incertum est. Fortasse fuit non Ishobeth, sed Jonathan, quia ille plerumque versabatur in castris, et sub se decuriones habuit et centuriones, quorum è numero fuerunt hi latronum principes, cujus statim aliqua adducitur conjectura. Et ita putat Cajetanus (1).

(1) VERS. 3. — FUERUNT BEROITHÆ IN GETHAIM. Beroth una erat è quatuor urbibus quas Gabaonitæ in fœdus cum Josue traxerunt. Notum est, Saullem vexasse Gabaonitas; sed non nisi temerè asseras, eò tempore Berothitas in Gethaim sese recepisse. Neque majus quidquam novimus de sita hujusce Gethaim, nisi fortè eadem sit cum Geth, vel aliquo ejusdem finium loco. Plures in Scripturâ nomine expouuntur. Rama, Ramatha, Ramathaim, varia sunt ejusdem loci nomina; quare Geth et Gethaim facit unam eandemque urbem significant. Geth singulare est, Gethaim duale vel plurale. Animadvertit auctor, suâ adhuc ætate Berothitas in Gethaim sedes obtinuisse. Urbs erat hujus nominis in tribu Benjamin, ubi ex Nelseni constat.

(Calmet.)
Et rucatur BEROITHÆ, puta Baana et Rechab, jam dicti; fuerunt autem à facie Ishobeth apud quem militabant, ob facinus aliquod commissum, quod Ishobeth punire volebat. Ita Rabanus, Abul., Scartius et alii. Perperam ergo R. Salomon et Cajetan, per Berothitas accipiunt omnes cives et incolæ urbis Beroth. Cur enim omnes cives fugissent? Et quid fuga eorum facit ad historiam præsentem?

VERS. 4. — ERAT AUTEM JONATHAE FILIO SAUL FILIUS DEBILIS PEDIBUS. Historia satis est facilis è textu; tantum enim habet, fuisse apud nutritorem Jonathae filium Miphibosest nomine, quæ quo tempore in monte Gelboe et Jezrael cecidit Saul, et ingens accepta plaga in castris Israel, sicut alii fugerunt plurimi ad tutiora loca, sic ipsa quoque fugit cum quinquenni puero, quæ cum in fugâ plus satis festinata cecidisset, graviter collisit ac fregit infantis crura, ex quo tempore claudus effectus est. Hæc aperta sunt. Illud obscurum, quorsum hoc loco de Miphibosest, ut alicui videri posset, paulò alienior introducta narratio? Id nobis nunc explorandum est. Ex Hebræorum sententiâ, quam ex nostris sunt amplexi non pauci, idè hæc incidit de Miphibosest sermo, quia illius occasione duo illi viri odiosi facti fuerant Isbosth; neque enim patrium vertissent solum, nisi prius de Miphibosest constituendo rege cogitassent.

Alii, quia unus reliquus erat de genere Saulis, qui posset jure regno succedere, et addit Cajetanus horum cogitationi, hinc sibi persuasisse duos illos viros, occiso Isbosth, venturum esse regnum ad Davidem, quia unus ille, qui accepturus regnum videbatur, puerulus adhuc erat et claudus, atque idè prorsus ineptus regno. Sed huic cogitationi incommodat, quòd alii etiam erant filii, et plures alii nepotes, ut constat ex cap. 21, vers. 8. Quare non deerant, qui succedere in regno possent Isbosth, atque idè illorum etiam meminisse oportuit. Nisi dicas, duos illos filios Saulis susceptos fuisse ex concubina Resphâ, atque idè, quia ex ignobili nati conceptu, indignos videri, qui regnum nomen obtinerent. Et hoc fortasse verum.

Dux alie mihi causæ succurrunt, quas hæc libet adducere, quia in re usque adeò incertâ, et omnium cogitationibus expositâ, etiam licet. Altera est, idè duos illos principes tentasse audacissimum illud facinus, quia multum sibi profuturum esse putabant. Duo enim tantum supererant, qui ex læsâ maiestate, atque personâ regiâ exigere penas posse videbantur: alter erat Abner princeps exercitus, et regi cognatus; sed istum jam occidisse noverant in Hebron. Alter erat Miphibosest, qui non vide-

(Corn. à Lap.)

batur relictus impunite tam atrocem et infidelem audaciam; sed iste puellus tunc erat septennis, et debili ac claudicante crure; qui per ætatem non videbatur curaturus de patris cæde, neque in ulciscendâ per impotentiam quidquam promoturus. Altera est, quia illi latronum, id est, militaris alicujus cohortis principes, cum fuissent aliquando, quando res Israelitica minis esset attrita, sub Jonathâ, et illo incolumi, ipsorum scelera, aut, si quid minis fecissent ex usu exercitus ac disciplinæ militaris, essent impunita, mortuo Jonathâ, quo patrono metuebant nihil, desperabant de libero in patriam reditu, nisi occiso Isbosth et Abnere de medio sublato. Nam Miphibosest, qui parentis partes tueri debuit, et eos qui parentis signa secuti fuerant, ab omni incommodo atque injuriâ defendere, et ætate erat pusillus, et debili ac claudicante vestigio; quare ab illo sperari nihil poterat. Rem igitur tentarunt suo iudicio novissimam, nisi mallent vitam agere extorrem et miseram, et regem occidere statuerunt, quem unum suis consiliis obstrare existimabant. Istæ causæ videntur verisimiles, cur hic de Miphibosest inductus sermo. Dux mediæ minis mihi displicent; dux extremæ minis habent, cur placeant.

VERS. 5. — INGRESSI SUNT FERVENTE DIE DOMUM ISBOSTH, QUI DORMIEBAT (1). Observarunt

(1) Pulchram et perutilem hæc de re topologiam offert S. Gregor. lib. 4. Moral. c. 1: « Ostiaria, ait, triticum purgat, cum mentis custodia discernendo, virtutes à vitis separat. Quæ si obdormierit, in mortem proprii domini insidiatores admittit, quia cum discretionis sollicitudo cessaverit, ad interfectionem animi malignis spiritibus iter pandit. Qui ingressi spicas tollunt, quia mox bonarum cogitationum germina auferunt, atque in inguine ferunt, quia virtutem cordis delectatione carnis occidunt. In inguine quippe ferre, est vitam mentis delectatione carnis perforare. » Damnum verò dormitantis huius custodiæ subiecit, dicens: « Nequaquam verò Isbosth iste hæc morte succumberet, si non ad ingressum domus mulierem, id est, mollem custodiam ad mentis aditus deputasset. Fortis namque virilisque sensus præconi cordis foribus debet, quem nec neque elegantie somnus opprimat, nec ignorantie error fallat. Unde bene et Isbosth appellatus est, qui custode feminâ hostilibus gladiis nudatur; Isbosth quippe vir cogitationis dicitur. Vir autem confusions est, qui fortis mentis custodia munitus non est, quia dum virtutes se agere æstimat, subintrantia vitia nescientem necant. Totâ itaque virtute muniendus est aditus mentis, ne quando eam insidiantes hostes penetrant foramine neglectæ cogitationis. Hinc Salomon ait: « Unius custodiâ serva cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit. » (Corn. à Lap.)

hi duo tempus maximè suis consiliis opportunum, nempe meridianum, cum major est æstus ab urente sole, et multò interdum vehementior à vino, quando qui sobrius est, temulentis hominibus, et somno ac cibo plenis multò est potentior. Eo tempore rex pomeridianum captabat somnum, et regii corporis, si qui fuere, custodes aut dormiebant, aut quod videtur è textu probabilius, alii aliò diverterant. Sola relicta fuerat ostiaria quædam femina, infidelis omnino et infirma custodia. Quare nullum habuerunt impedimentum, quo minis ad regium irrumperent conclave, et quod destinarent animo, reipsâ perficerent.

ET OSTIARIA DOMUS PURGANS TRITICUM ORDORMIVIT. Hæc verba non inveniuntur in textu hebraico; est tamen verisimile fuisse olim in magis emendatis codicibus, et scriptorum incuriâ excidisse de textu, aliter neque Vulgatus expressisset, neque multò antea addidisset Septuaginta. Abulensis ex glossæmatæ aliquo in textum irrepisse putat. Sed quid in domo regiâ cum purgatione tritici? Et hoc in ostio domus, ubi major populi frequentia? Sanè illud opus magis videbatur arce, ubi teruntur, aut horrei, ubi conduntur fruges, quàm aulae regiæ, ubi nihil vident curiosi atque elegantes oculi, quod rus oleat, et quod abhorreere videatur ab aulicâ munditiâ.

Ego duo hic video genera purgandi frumenti: Alterum est, cum è folliculis excutuntur grana, quod dupliciter agitur ab agricolâ, aut in arcâ, cum primâ demesse sunt et comparate fruges, ut in Hispaniâ communiter, quando in acervos immittuntur eorum ungulae, aut tribulae, aut alibi rostra serrantia, aut ferrata carpenta; quod genus longè abest non modò à regiâ domo, aut ab elegantium et lautorum aulis, sed etiam à rusticorum tectis; quare hoc opus in agris peragitur. Alterum est, cum in horrea conduntur non exfollicata grana, sed spicæ et manipuli, quia in spicis atque folliculis magis munda sunt grana, et in longius tempus commodius asservantur; quod his maximè locis fieri solet, in quibus propter humidum solum et pingue cælum, facilius frumenta corrumpuntur. Quod observavit Joseph, qui ut in regione palustri atque humidâ; in multos annos frumenta servaret, non grana ex suis excussa folliculis, sed manipulos granis foetos comportavit in horrea. Sic sanè Genes. 41, v. 47: Venitque fertilitas septem annorum, et in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Egypti. Ili porrò manipuli sapius

per annum, cum familiæ id usus exegerit, extrahuntur ex horreis, et bacillis fustibusque percussi grana reddunt pura, quæ ad illum usque articulum inclusa condiderant. Ita Columella lib. 2. cap. 20. Quod opus non solum est virilis, sed etiam feminei laboris et industrie. Sanè si hoc modo ostiaria femina frumenta purgaret, non esset difficile conjectare, cur spicas secum attulerit? duo illi principes latronum, nempe ut celarent insidias, et impunè ad regium usque secessum penetrarent; videri enim possent spicas attulisse, ut illa ostiaria puella, quæ huic rei tunc daret ancillarem operam, purgaret, quasi forent rustici servi, qui ex agro aut ex horreo iussi fuissent asportare manipulos. Sed huic cogitationi obstat, quòd hoc opus regiæ domus elegantiam non decet, ut dixi. Neque Hebræi, quod ego viderim, manipulos condunt, sed grana pura; apud illos enim sæpe aream audimus, et serrantia plaustra, et boves triturantes.

Alio modo purgantur grana, à poleis nimiorum et lapillis, et ab eo, quod efficere potest, ne panis sit delicatus et purus, dignusque regiâ mensâ, quique appellari solet desiderabilis. Seu certè quomodò purgantur grana à curiosis et laetis etiam feminis, quæ ad opus dulciarium et amylium grana ita purgant et seligunt, ut dispiciant et penè numerent singulam omnia. Hæc autem non dedecet regiâ domum, neque principum feminarum manus, cum in eo opere nihil sit onerosum, nihil ancillare. Sed si ita esset, quid conferret ad occultandas insidias, attulisse manipulos, quando tunc non excutuntur ex spicis grana, sed excussa purgantur?

Mihi sic videbatur aliquem usum habuisse spicas, neque indecorum ostiarie feminae, aliquæ puellis aulicis, neque parum aptum ad occultandas insidias. Usitatum erat ex granis adhuc viridibus, et deinde tostis, confici potentiam, cuius usus apud Hebræos non infrequens, et apud lautos etiam habitus in deliciis. Hæc ex virentibus adhuc spicis excuti non poterant, quare necesse erat, ut exfollicarentur alio quodam modo, aut manibus, aut instrumento alio dentato, ut deinde ad varios usus artis pistoriæ ac dulciariæ torrerentur. Cum autem hoc opus neque conatum exigeret, neque vires, aut strepitum, exerceri potuit ab honestis et delicatis feminis. Sanè potentiam, id est, farinam ex virentibus ac tostis granis contusam, in gratum aliquid esse ac delicatum, docuit Abi-

gail lib. 4, capite 25, vers. 18, ubi inter alia plurima quæ attulit ad Davidem, ut infensum illius animum viro suo placaret, eum aliarum rerum quæ ad victum pertinent, vim attulisset maximam, potentia tamen aliquid attulit modicum, quia pretiosum et rarum. Vide quæ nos de potentia supra ad hunc locum de Abigail, et capite 17, ubi David ephraïm polente fratribus suis attulisse dicitur. Hoc postremum mihi videtur minus habere difficultatis, quod ego divinando potius quam definiendo propono. Quod quidam Hebræorum, et imò et nostrorum nonnulli dicunt, duos illos viros adduxisse spicas, ut se emptores profiterentur tritici, multa præstunt, supponuntque quasi certa, quæ tamen probare debuissent, nempe eos qui aliquid emunt, præ se in manibus ferre id quod pretio sibi comparare student; cuius ego neque in profana, neque in sacra literaturâ vestigium invenio. Præferre officies, aut venditores mercium, suæ artis aut mercimonie indicium et exemplum, id in omni, ut reor, natione ac seculo usitatum est; emptoribus verò alieni gentium id in usu fuisse nunquam invenio, tametsi id à re mercatoriâ non videatur alienum. Alii spicis id voluisse coniectant, ut causam aliquam prætenderent honestam sui in regium penetrale ingressis, illasque spicas primitias fuisse interpretantur frugum, quas obtulerunt regi, ut reliquarum frugum dominum agnoscerent. Sed hic etiam usum desinero Hebræis familiarem, quem dum non probant, neque nobis credendi necessitatem imponunt. Sanè res est obscura et dubia; quisque, quod volet, eligat; mihi, quod dixi de potentia, minus videtur impediri.

ET PERCUSERUNT EUM IN INGUINE. Hebræis, ad quintam costam. Tam inguen quàm regio que ad quintam costam pertinet, latè patet; est enim, opinor, quicquid ab extrema costâ ad imam usque ventrem; illa verò pars maximè opportuna est lethali vulnere, quia nihil est durum et osseum, quod retardet aut avertat plagam, et inde facilis est ad vitalia et proximum ingressus. Quare multi dicuntur in inguine, seu ad quintam costam vulnerati, qui momento temporis vitam amisere. Sic proximi, cap. 2, Asael, cap. 3, Abner, et modò Isobeth dicuntur in inguine, seu ad quintam costam esse percussos; et quidem pars illa maximè est et lethali plagæ et insidiis opportuna (1).

(1) VERS. 6. — INGRESSI SUNT LATENTER, AS-

VERS. 8. — ATTULERUNT CAPUT ISOBETH AD DAVID. Hæc ad finem capituli obscura non sunt; tantum enim habemus abscessum esse caput Isobeth, cum primum ex illo vulnere ad quintam costam accepto spiritum amisit, quod cursu quàm potuerunt incitato maximè, tulerunt ad David, quasi ab illo magnum aliquid laboris sui ac studii pretium accepturi. Spes tamen illos longè fefellit; exprobravit enim illis David oratione severa et gravi quod domino suo sine ullo suo merito necem attulissent in suo lecto securè dormienti. Et cum illius Amalecite proposuisset exemplum, qui occiso Saule magnam ab ipso regie cadis mercedem expectabat, tamen neque unius horæ usuram vite largitus est, iussit his qui sibi aderant, ut ab illis illatæ cadis per summam impietatem et fraudes, penas exigent, qui, ut erat imperatum, invadunt homines, et momento temporis ferro conficiunt. Et quod extret aliquid monumentum et illorum hominum inauditi sceleris, qui impiis manus suo intulerunt regi, et pietatis David, qui illius mortem tam seriò ac studiosè vindicavit, illorum præcis manus ac pedes ad pectus in Hebron, in loco nimirum frequenti ac publico, suspendi iussit. Caput autem regis sepeliri iussit in Hebron, eo loco ubi paulò ante sepultus fuerat Abner. In hoc autem (si qua est in sepulcrorum loco et sanctitate felicitas, ut profectò est) felices fuerunt duo isti principes, quod ille locus eis in sepulcrum datus, qui ad illud usque tempus existimabatur esse sanctis-

SUMENTES SPICAS TRITICI. Primum fortè sese intus inferendi consilium erat, ut triticum furarentur; nacti verò resolutum romano regem, consultos se rebus suis putavere, si illum interficerent. Vel potius, necato rege abierunt, abstuleruntque frumentum. Vertunt alii: Venerunt usque in medium domus ad emendum frumentum. Ad remotissimas domos Isobethi partes perrexerunt, nemini suspecti, quod tritici mercatores esse viderentur. Alter: Ingressi sunt, ferentes triticum, tantum regi munus. Ex aliis: Venerunt tritico onusti, vel tanquam homines triticum vehentes. Vel denique: Venerunt veluti ut debitum sibi, tanquam custodibus corporis Isobethi, triticum acciperent; ea enim ætate, ac diu etiam post, in annonam militibus frumentum distribuabatur.

VERS. 7. — IN CONCLAVI. Hebræus: In claustris cubili sui.

ABIERUNT PER VIAM DESERTI TOTA NOCTE. Minum frequentia tritas vias evitavit, ne detegatur. E Mahanaim ad Hebronem iter est leucorum quadraginta circiter, quod usque nocte conficere non potuerunt, nam id asserit Scriptura, uti minime negat, hosce prodiores die altera iter suum fuisse prosecutos. (Calmet.)

sinus. Ibi enim sepulti fuere viri principes et magni patriarche gentis Israelitidis, Abraham, Isaac et Jacob, Sara, Rebecca, Lia, Genes. 49, imò et nonnulli primum ibi parentem tumulatum existimant. Et ideò fortassè civitas à Deo primum Davidi destinata est, quia, ut sibi in eâ civitate propter sanctorum patriarcharum sepulera complacuerat, sic etiam ostendebat in Davide rege, et illius regno sibi complacuisse.

Hic ad extremum dubitari potest, quò supplicii genere effecti fuerint duo illi viri, quorum manus ac pedes dicuntur abscessi. Theodoretus q. 14, sic de illorum supplicio: «Eos, qui Miphioseth (dicturus erat Isobeth) occiderunt, et ejus caput attulerunt, extre- mis membris mutilatos egit in crucem.» Idem penè Josephus lib. 7, cap. 2: «Jussit, inquit, eos exquisitis tormentis excruciatos supplicio dedi.» Idem, quod Theodoretus, putat Abulensis, nempe à Davidis satellitibus abscessis esse prius manus et pedes, ac deinde illos extremis truncatos corporis partibus actos in crucem. Apud reliquos interpretes de hæc supplicii quod mirum silentium. Mihi illud videtur, quò principio dixi, nempe statim ad regis imperium occisos esse regis sanguinis reos, et postea ex eorum cadaveribus essetias esse manus ac pedes, quid tanti sceleris memoriam suspensi sunt, in hanc ego cogitationem ideò magis inclino, quia in illam magis, imò meo iudicio omninò litera propendit, quæ prius occisos esse dicit homicidas illos, deinde extremis corporis partes detruncatas. Neque credo, si quid esset tale, quale Josephus vult, tacuisset Scriptura; aut certè cum res esset observatio digna, non ita reliquisset obscurum (1).

(1) VERS. 11. — QUANTO MAGIS REX, CUM HOMINES IMPII INTERFECERUNT VIROS INNOCENTES, etc. Isobeth erat hostis et noxius Davidi, cum quoque de regno gladiantibus; David tamen eum vocat maxum, quia consuebat eum bonâ fide existimare, ad se, quasi ad Saulis regis defuncti filium, regnum pertinere; nec enim ei li- quidò constabat illud ex Dei dono ad Davidem esse translatum; licet enim fortè audisset Davidis et Samuelis interitum in regem, tamen ius Davidis ei non erat liquidum; nam exipere poterat ac dicere, Davidem unctum quidem in regem, sed suæ tribus Judæ duxerat; iteras ergo tribus ad se spectare; aut, Davidem unctum quidem esse in regem, sed ut regnaret eo casu, quo stirps regia Saulis deficeret ut illi succederet; jam autem hanc stirpem necdum defecisse, sed in se perituram, quare Davidem non posse exclusâ stirpe regia, regnum suum invadere. (Corn. à Lap.)

Combien plus maintenant que des méchants

ont tué un homme innocent en sa maison, renverrait son sang? Après la mort de Saül, Abner et Isobeth étaient les deux grands obstacles de l'accomplissement des promesses que Dieu avait faites à David, Dieu les souffre pendant plus de sept ans, que David règne sur la seule tribu de Juda. Mais aussitôt que l'heure marquée par sa providence est arrivée, toutes ces difficultés s'évanouissent. Abner, qui entreprend inutilement de faire cesser la révolte qu'il avait excitée, est tué par Joab, et Isobeth qu'Abner avait fait roi, est assassiné par deux scélérats. David déplore ce premier meurtre sans le venger, parce qu'il n'en avait pas le pouvoir. Il déplore et il venge le second, parce qu'il le pouvait faire; et il recueille ainsi le fruit de cette ferme confiance qu'il avait toujours eue en Dieu par rapport à traverses et de périls. Ce prince admirait sans doute alors, comme il le témoigne souvent dans ses psaumes, cette sagesse secrète de Dieu, qui se sert des différentes passions des hommes pour exécuter ses volontés au moment précis qu'il en a marqué lui-même, et il abaissait son cœur sous cette main souveraine, qui lui montrait sensiblement par tant de rencontres si extraordinaires que c'est lui seul qui gouverne tout dans le monde, et qui conserve ou qui ôte la vie aux hommes, selon qu'il est nécessaire pour l'accomplissement de ses desseins éternels.

Nous pouvons faire ici une réflexion très-utile, en considérant combien Dieu est lent à dévoter ceux qu'il aime, et combien de temps il emploie à les humilier auparavant, afin que leur élévation ne leur devienne pas un sujet de chute, ainsi qu'il paraît clairement dans la manière toute différente en laquelle il a choisi premièrement Saül, et David ensuite, pour être les rois de son peuple. Saül monte à la royauté en un moment, et il tombe aussitôt. Son élévation et sa chute touchent l'une à l'autre, et il a pu dire à Dieu plus véritablement que David ne l'a dit depuis: Vous m'avez bûché en méditant; Elevis alissit me. David, au contraire, Dieu le signale de Goliat; et ce comble d'honneur où il l'élève devient pour lui la source d'une infinité de maux. La vue de sa gloire irrite Saül. Il conçoit une envie mortelle et une haine irréconciliable contre lui. Il est exposé à tout moment à la violence d'un prince furieux. Il est chassé, il est persécuté. Il fuit de ville en ville et de désert en désert. La terre n'a pas de grottes assez profondes pour le dérober aux yeux et à la vengeance de ce cruel ennemi. Il est contraint enfin malgré lui d'aller chercher sa sûreté dans les pays étrangers; jusqu'à ce que la mesure de la patience de David et des crimes de Saül étant remplie, Dieu ôte la couronne à celui qui s'en était rendu si indigne, pour la mettre sur la tête de David, qui la devait porter si dignement, et à laquelle Dieu l'avait préparé par un si long exercice d'humilité et de patience, afin qu'il ne fût pas accablé du poids de sa gloire. (Sacy.)

VERS. 12. — INTERFECERUNT EOS. Fecit id David, ut amoliretur à se suspitionem populi, quòd ipse secretò auctor vel conscius fuisset